

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

COETUS PATROLOGORUM POLONORUM
OMNIBUS HASCE LITTERAS VISURIS

SALUTEM

QUUM REVERENDISSIMUS DOMINUS,

DOMINUS **THOMAS KACZMAREK**,

SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR HABILITATUS,

PLURIUM CAUSARUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS POLONORUM
SERVORUM DEI POSTULATOR NOMINATUS,

SUAE SANCTITATIS BENEDICTI PPAE XVI PRAELATUS VENERABILIS,

QUI SUAEE VOCATIONI SACERDOTALI USQUE FIDELISSIMUS PERMANET, QUI
ZELO APOSTOLICO REPLETUS VERBUM DEI FIDELIBUS TUM IN POLONIA TUM
IN TERRITORIO RUSSIAE PRAEDICABAT EISQUE ALACRI ANIMO MINISTRA-
BAT, QUI OFFICIA SIBI COMMISSA INDEFESSUS EXPLEBAT ET NEC VIRIBUS
NEC VALETUDINI PARCEBAT, QUI SACROSANCTAM MATREM ECCLESIAM
FILIALI AFFECTU ADAMAVIT, QUI SACRORUM ALUMNOS DOCENDOS ET EDU-
CANDOS DILIGENTISSIME CURABAT ET EXEMPLO SUO AD AMANDUM DEUM
ET PATRIAM TRAHEBAT, QUATTUORDECIM VITAE SUAEE LUSTRA CELEBRET,

AMICI, COLLEGAE, DISCIPULI

EX ANIMO GRATULANTUR ET OPTANT, UT VALEAT VIGEAETQUE IN MULTOS
ANNOS ET PRAECLARA PATROLOGIAE STUDIA PROMOVERE ET ADORNARE,
ECCLESIAE VERO DEI SUA SCIENTIA ET EXPERIENTIA DESERVIRE PERGAT.

DATUM IN SANCTUARIO

BEATISSIMAE MARIAE VIRGINIS IN OPPIDO KODEN' SITO

DIE XXI MENSIS SEPTEMBRIS

ANNO DOMINI MMXX

Textum exaravit et in linguam Latinam vertit

Georgius A. Wojtczak-Szyszkowski